vadiis nexibus et ligamentis universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare eidemque et contentis illius omnibus tam in toto quam in parte totiens quotiens opus fuerit satisfacere Recognitionem praedictam ad Inscriptionem praesentem et Inscriptionem praesentem ad praedictam Recognitionem vicissim in toto referentem Sub vadio sexaginta florenorum pollonorum per eundem recognoscentem et eius successores obnoxiorum completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto eidem suo praesentis Nobili Marcelliemu eiusque posteris totiens quotiens opus fuerit ad solvendum succumbentem Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac re aliqua privilegii ex praemissis nota completa complenda praemissis Citatus exactus Memoratus recognoscens Nobilis Andreas Borysławski vel eius successores ad instantiam supradicti Nobilis Stanislai Marzecki vel eius posterorum ad officium praesens Castri Capituli Premislien ex tuo recessu supradicto quoad radendum spectat coram eodem officio semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere radere vadium praetactum solvere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur successoresque eius tenebuntur Eundem primum et alios omnes exinde consequentes eandem eiusdem Omnes semper peremptorie vera infirmitate pro maiori minori renuitate successorum legorum intra vel extra Regnum servitio militari et aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differentes ad quietationem ultra proximos Omnes officii praefati dilationem sibi non recipientes nullasque motiones appellationes eaque prosecutiones facientes ac praemissa omnia praeter implicibus vel Citatus Evasionis suspensionis fatalis iuris bello conventionesque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non Evadentes nec quovismodo subterfugientes ac sua personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Lubieniecki Choitkowi Debet

sub danda intromissione.

Comparens plus coram officio Actisque praesentis Castri Capitulibus Premislien Nobilis Stanislaus Lubieniecki honor certae sortis in villa Lubieniec hiis Sanus mens et corpore exactus a Terris Districtibus Bonorum iuris Iurisdictionisque suis quibusvis propriis et competentibus radere.

Praesentem vero iurisdictioni Castri Capituli Premislien quibusvis actum attinet se cum successoribus bonisque suis qualibus omnibus totaliter et plenarie incorporatum et subiectum publice libere ac per expressum recognovit quia ipse Generoso Stanislao Choytho eiusque posteris Summam quadraginta duorum florenorum pecuniae pollonorum monetae est numeri in Regno currentis certi veri iusti et liquidi debiti mutuatae apud ipsum per se recognoscentem pecuniae tenetur atque debet quam quidem summam praefatam se ac suos successores in et sub bonis suis qualibus omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat eidem supradicto Generoso Stanislao Choytho eiusque posteris hinc pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo parata pecunia dare solvere redderet et coram officio actisque praesentis Castri Capitanei Premislien realiter et in effectu reponere et relinquere repositaque et relictam rursus ab eodem officio non excedere nec arrestare aut quovismodo impugnare Sub vadio summae supradictae similiter aliorum quadraginta duorum florenorum pollonorum per eundem recognoscentem et eius successores praenominato creditori suo eiusque posteris obnoxiorum completionem praemissorum omnium et singulorum totiens quotiens opus fuerit ad solvendum succumbentem In defectu vero praetactae summae praefatae persolutionis extunc debebit et tenebitur memoratus recognoscens prout se ac suos successores in et sub bonis suis qualibus omnibus ac summis pecuniariis quibusvis inscribit et obligat in summa eadem supra recensita in Crastino dicti solutionis praefixo vel tunc dum et quando ad eandem acceptam praefatus Generosus Choytho creditor suus sive eius successores venerit praemissionem realem cum pacifica et actuali possessione in bona sua qualibus omnibus haeredibus et obligationibus in quovis Palatinatu et Districtu Regni consistentes dare et libere admittere per ipsum Generosum Stanislaum Choytho et eius successores bona eadem sua qualibus omnibus cum omni iure Dominii et proprietate cumque omnibus et singulis bonorum eorundem utilitatibus fructibus proventibus reddentibus et obventionibus qualibus universis nullis exceptis nec pro se suisque successoribus aut alio quoniam reservatis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et contra in nullo derogantibus verum ita late longe circumferentialiter prout praefatorum bonorum iurisdictionis se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur et prout eadem bona ipse metus recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebant sed eidem serviebant a tempore apprehensae ipse